

Die
ss

not

44 42

COMMENTATIONIS
IN
LITERATVRAM ROMANAM
SPECIMEN

QVO
AD DECLAMATIONES
A' D' XXVIII SEPT' HOR' X IN SCHOLA SENATORIA
INSTITVENDAS

REI SCHOLASTICAE
PROMOTORES FAVTORES QVE

QVAM OBSERVANTISSIME INVITAT

M· CONRADVS NAHMMACHER
RECTOR SCHOLAE OPPIDANAЕ HELMSTADIENSIS ET
COENOBII MARIEVALL' SVBPRIOR

HELMSTADII
LITTERIS LEVCKARDIANIS

COMMENTATIONIS
IN LITERATVRAM ROMANAM
SECTIO I
DE LITERA

I

LEGES in scriptione, maximam partem deriuatione ex latina itemque Graeca lingua, Analogia, quam ita vocant, et Prosodia etiam, cognoscuntur. Annumeranda his MSSta, (a) inscriptiones, (b) et nu-
A 2 mi,

(a) Apparet exinde, varia sua se vtilitate commendare, MSStorum scrutinium: praeterquam enim quod eo facit, vt genuina aſteri, auctorum locis qui in mendo cubant, lectio poffit; Orthographiam quoque valde adiuuat. Nam, vetustis in MSStis subinde biuocalis ae, vt hac vtar, feiunctis a ſe inuicem literis exscripta eſt, vt in codice VIRGILII Mediceo; in iis vero quae proprius ad nostram aetatem accedunt, eandem aut nudo e; aut vnciato, reperies. Nonne autem hinc colligi et transferri ad Orthographiam iftud poteſt: commodius multo biuocalem di-

ſinctis, quam connexis interfe literis scribi? At vero, quum paucis adeo eſſe felicibus liceat, vt ipſi Vaticana, Heidelbergensis Bibliothecae ſpoliis ditatam, Guelphicae Mineruac sacra- rium, quo nihil ſplendidiuſ, Vindobonensem, Thuanam, Leidensem, Norimbergensem et Gottorpensem, aliasue Bibliothecas adire, et MSSta quae ibi afferuantur manibus correcrare poſſint: iuuabit eos ſibi comparatiſe libros, qui e MSStis antiquoribus cura doctorum hominum excufi- fuit, et qui etiam variantes lectiones adiectas habent. Atque eo in genere, quod au- ctores

mi, (c) quae et ipsa, parum tenuem vsum, ei, qui litera-

ctores classicos, quos vocant, attinet, loco MSSorum esse hi libri possunt, qui ab EL-ZEVIRIS, FROBENIIS, FAUSTO, GUTTENBERGIO, MANVTIIS, PLANTINO, STEPHANIS, aliquique euulgati sunt. Conf. IS. BVLLARTII Academiam scientiarum. it. DAN. GEORG. MORHOFIVM in Polybist. Tom. I. Lib. I. cap. 7. in primis autem 10. ALBERT. FABRICIVM, in Bibliothec. Lat. Lib. IV. cap. XIV. p. 885. seq

(b) Ita pariter monumenta veterum atque inscriptiones non ignorasse, sua habet commoda: quum ostendant, quae-nam scribendi ratio sese antiquis maxime probauerit literatoribus. qui tamen inter alios complures, quos earum cognitio, in historicis et philosophicis aequa ac grammaticis, habet vius, minimus fere est. Itaque confultum erit, vt iuvenes etiam, qui in hac aurifodina laborent, cohortentur: et exem-

pla quoque apte inde desumi poslunt, quae rituum antiquorum in explicacione adhibeantur; quo fiet, vt quid iltud studium amoenitatis juxta ac commodi habeat, sentiant. IANVM autem GRVTERVM, qui in MAZOCCHI, SMETII, GOLTZII, BOISSARDI, aliorumque bene multorum, antiquis inscriptionibus constipandis, nihil sibi laboris reliqui fecit, adiisse iuuabit. Exactum ab ipso perenne opus, ex Comelliana officina Ann. 1603, sub rubro: *Inscriptiones antiquae totius orbis Romani*, prodiit. Postmodum MAR-QVARDVS GVDIVS, IO. GEORG. GRAEVIVS, et EDWARD. HOLTHENVS, in eo emendando occupati fuere. atque ille labor ita processit, vt cventus, MORHOPI de GVDII MSSis expectatio-ni, omni ex parte respondeat. vt ex exemplis Amstelodami Ann. 1707 excusis, videre est. Omisssas a GRVTERO inscrip-tiones THOMAS RHEI-NESI-

teraturam industrius sectatur, adferent. Praeter haec interdum etiam nonnihil consuetudini ac ysui, cui inservit Orthographia, dandum est

A 3

II

NESIVS congesit. quae Lipsiae Ann. 1682 editae sunt. Praeter FALCONERIUM autem, VRSATVM, et VINACCESIVM, HENRICVS in primis NORISIVS, Cardinalis, qui Caⁱⁱ et Lucii Caesarum Cenotaphia Pifana, perpetua est commentatione prosequutus, videtur commendandus esse. et qui eodem est loco habendus, IACOBVS SPONIVS. cuius *Miscellanea eruditiae antiquitatis*, Lugduni Ann. 1685 euulgata sunt. Quodsi autem aliquam inscriptionum syllogen desideres, auctor tibi sim, vt GVL. FLETTWOOD redimas librum, qui Londini Ann. 1691 exculus est. Cf. BVRCHARDVS GOTHELF STRVVIVS, in *Biblioth. Scriptor. Antiquitat. Romanar.* it. IO. ALBERT. FABRICIVS, in *Biblioth. Lat. Lib. IV. cap. 5. p. 756.* seq. vt et MORHOF.

in *Polyh. P. I. L. IV c. XIV n. 26*

(c) Est quaedam veluti cognatio, inter inscriptionum intelligentiam, et numismati- cam artem: quae, vt antiquiorum ritibus foeneratur lucem, dum numi res olim gestas effigie referant; ita in quaestionebus etiam orthographicis diluendis, sua vtilitate non destituitur. Prin- ceps autem hoc in genere EZECHIEL SPANHEMI- VS est, qui, de *praefstantia et ysu numismatum*, librum suis numeris absolutum com- posuit, prodiit, primo Romae Ann. 1664, splendidissime autem Londini Ann. 1706. BELLORIVS vero, VA- LENS, HARDVINVS at- que BEGERVS, et ipsi praec- clare de hac arte meriti sunt: praecipue autem CHRIST. FRIDER. RVHE, eo quod omnia ad Orthogra- phiam retulit. *Specimina eius,*

phi-

II

ORTHOGRAPHIA quonam insit; ipsa vocis notatio luculenter ostendit: Graecae enim originis est, nempe ἡπὸ τῆ γένεσιν et ὁρθός, atque conuersti in hunc modum poterat, ut sit *iuslata scriptio*, sive quae leges curate scribendi suppeditat. (d) Occupatur autem Orthographia

philologiae numismatico Latinae, Lipsiae Ann. 1708 typis exscripta sunt. Videſis BVRCHARDI GOTHELFISTRV VII Bibliothec. numism. antiquor. et CAROLI PATINI introduct. in numismata

Si autem cui volupe fit, nosse principes, qui de scriptione exposuere, scriptores: ita habeat: e veteribus literatoribus Orthographiam ex instituto prosequuti sunt, VELIVS LONGVS, FLAVIVS CAPER, TERENTIVS SCAVRVS, AGROETIVS, BEDA, MARIVS VICTORINV, et MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS, qui suum de Orthographia librum ex aliis duodecim composuit. Atque horum scriptorum libri ad unum omnes, in HELIAE (d) Id ipsum esse definitionis vice

PVTSCHII Grammaticae Latinae auctoriis antiquis, (ed. Hanouiae Ann. 1505,) reperiundi sunt. Commendat se autem in primis sua utilitate, consummatum Orthographiae antiqui nouique Latii opus, a CLAUDIO DAVSQVEIO sive DAVSQVIO, perinde enim est, adornatum, (ed. Torraci Ann. 1632,) in eo enim, habita diuersitatis temporum ratione, omnia, subiectis e monumentis veterum exemplis, endantur. ALDVS etiam MANVTIVS, minor natu, et ipse peculiari in libro, Venetiis Ann. 1566 euulgato, Orthographiam tradidit. CELLARIVM autem et SCHVRZFLEISCHIVM, praestantissimos duuumiros, ecquis est qui ignoret

phia in literis, et syllabis etiam, quatenus materies eorum spectatur, euenta, atque diuilio; et tandem in variis, quarum in scriptione vsus est, posituris. Literis a litera nomen videtur esse impositum, (e) quod nempe
stilo

vice potest. Itaque, adeo abiecte de Orthographia sentiendum non est, vt ea esse existimet ars, quae de literarum ductibus, scite ac commode pingendis exponat: id enim *infra Grammatici officium est: sed totam subtilitatem in dubiis habet, vt QVINCENTILIANVS, Lib. I c. VII, ait.* Ceterum Orthographia, quum de iusta loquela non minus, ac de dextra scriptione agat: ὁρθοεπίστας pariter suo in ambitu comprehendit

(e) Literam quasi legiteram, eo quod legendi iter praebeat, dictam esse, PRISCIANVS (*Lib. I, p. m. 2*) opinatur. Alii, a linearum ductu, vt e quibus constant litterae, nomen ipsis esse auctumant. quos inter IVL. CAES. SCALIGER est: ait enim, *Lib. I de caussis Lat. Linguae Cap. IV, p. 7: De litera acturi veram eius*

nominis rationem in figura eius mergere compreviemus, quum eas certis lineis contineri videbimus. Pergit autem statim: *quum enim primum dictae essent lineatura, literae postea factae sunt: sicut apud Graecos γράμματα παιδὶ τὴν γράμμην.* Adiuuat hanc sententiam hoc, quod cognoscantur etiam literae ex qualitate et quantitate figurae linearum. Alio autem nomine elementa literae dicuntur: eiusque denominationis ratio facile patet, quum litterae non nisi coniunctae distinctionem quandam constituant, et veluti corpus, non seclusi ac simplicium compositione in mundo corpora naescuntur. Interim tamen abusus istud fit, si PRISCIANVM audias, quum istud nomen commodius ipsis pronunciationibus attribuatur. Atque hoc si sumiseris, litterae non iam elementa, sed notae elemen-

stilo quodam tabulis ceratis eas inscribere, moris apud veteres esset, quem si inuerterent delendo inserviebat. idque *litrare* (*f*) dictum fuit. Iam si qua etiam literae finitione opus esset: nihil quod magnopere in hac PRISCIANI, qui eam *minimam partem vocis compositae* (*g*) dixit, desiderare possis, inuenies: Si modo adieceris hoc, posse etiam quasdam literas in se vocem constitui. Quodsi autem ea carere exceptione volueris,

VOSSI

clementorum dicendae erunt.
Videbis PRISCIANVM Lib.
I, p. 2. item Lib. de Accent.
p. 833

(*f*) Non autem vniue de eo
quod inscriptum cereis esset:
fed vniuerle de literarum de-
letione, ista vox adhibita
est. SIDONIVS enim ex-
hibit inscriptionem quam-
dam, quae ita habet: CVM
IN RE PRAESENTI
INSPEXERIM LITV-
RATVM ARG. ET E-
RASVM. Lib. IX, Ep. 3
(*g*) Lib. I, p. 2. Cum hac, DI-
OMEDIS, Lib. II, p. 415. (ed.
H. PVT SCHII) ASPERI
IVNIORIS, p. 1726: AELII
DONATI, p. 1753: ALCV-
INI, p. 2082: VELII LON-
GI, p. 2214, ex asse conue-
niunt. Atque PRISCIA-
NVS aliani item iustum et suis
legibus absolutam finitionem

suppeditat hanc: *Litera est
vox quae scribi potest indui-
dua: et perquam etiam ele-
ganter, literas quasdam ve-
luti *imagines vocis* nuncupat.*
ISIDORI autem finitio, qui
literas *indices rerum, et signa*
verborum dixit, licet Graeci
etiam literas σηματα, ac He-
brei סימנים nuncupent, iu-
sta non est: nec GAZAE
etiam, qui literam πρότην τε
ἀνθεώπεις Φωνήν ait esse: ne-
que APOLLONII DYSCO-
LI, ille enim Ἀλφην eam vo-
cat. Propius ad hanc PRIS-
CIANI, ARISTOTELIS
accedit literae definitio, cui
litera Φωνή ἀδιάλεκτος est, et
aliorum philosophorum, qui
literam ἀτομον dixerunt. V.
SERGII in primam DONA-
TI editionem commentarium
p. 1827. it. VOSS. L. I. c.
VIII. p. 35

VOSSI verba adhibeas, qui ita eam finit, ut vocem articulatam eam et indiuiduam esse dicat. Cui autem mortalium, suos literae debeant natales; exploratum non omnino est: nisi vt CADMO, AGENORE Phoenicum rege oriundo, iste honos a Graecis concessus fuerit, et quidem creditum est, ipsum sedecim literarum Graecorum auctorem exstitisse: (b) iisque PELAMEDEM de suo

(b) Quemadmodum haec de CADMO sententia variis laborat difficultatibus, quum, licet verum forsan sit, cum literas a Phoenicia in Graeciam primum translatisse; inde tamen non consequatur, vt etiam repertor literarum CADMVS fuerit: ita aliae etiam de hac re sententiae quam maxime facillant, quini nihil quo se tueri possint, vbi in dubium vocentur, habent. Huiuscemodi de columnis Sethianis commentum est: de quibus vna cum HENNOCHI libro, IOH. HENR. VRSINVS fuse exposuit. TAAVTVS, quod idem est Aegyptiaca lingua, ac si in Graecis dicas ἦγυς, in Aegypto ναρέξας literarum perhibetur fuisse. PLINIVS aeternum literarum usum facit: ad cuius sententiam pro-

plus accedit IOH. PETRVSE ERICVS, qui existimat, ADAMVM literas reperiisse, et quidem desuntis vocalibus ab aliis cantu; et consonantibus autem, abs terrestrium animantium rugitu. Forsan, si quid verofimilibus est concedendum, non omnino incepit erit, si quis putet: numerorum primo omnium figuris, desuntis iisdem a digitorum forma; atque ex harum coalitu, primo paucas quasdam literas efformatas atque effictas fuisse: hisque teneris ab initiis literas, non nisi longo temporis intervallo, ad aliquam accitationem adductas esse. eamque circiter eo tempore, quo IOSEPHVS apud PHARAONEM commoraretur, fuisse obtentam. Et vero, egregium istud literarum inuentum, nem-

B

nem

suo Σ et Φ; EPICHARMVM Θ et X; SIDONIVM
vero H et Ω, vt et Z et Ψ, adiecisse: a Graecis autem
ad

nem non in sui admirationem
abripit: quum inde plurima
commoda, in omnes omnino
homines redundent. quaenam
nemo quidem ignorat. Annun-
tiam autem aliis miratu hac
in re dignis etiam hoc poter-
at: quod in tanta lingua-
rum discrepantia ac multitu-
dine, nihilo tamen secius v-
bique linguae primaenae ve-
stigia exstent. Praecipue au-
tem Graeca et Latina, prin-
cipes linguae, ita amice inter-
se inuicem consentient atque
conspirant, ut difficile iam
non sit ad cognoscendum,
huius ab illa originem repe-
tendam esse. Documento
eius rei literae Romanis vi-
tatae esse possunt, quarum
aliae ipsam Graecarum lite-
rarum figuram omni ex parte
referunt: aliis, immutatis
quidem multis modis, tamen
fiuac quaedam originis indica-
cia sunt. quo in argomento
pertractando, eminent M A-
BILLONIVS, in Libro de
re diplomatica. conf. etiam

CELLARIUM in *Orthogra-*
phia Part. I, p. I. Atque eodem
modo res sepe
habet in integris vocibus, quae
et ipsae magnam partem
Graeco a fundo detractae
sunt. Luculentissimum in
hac re exemplum GATA-
KERVS, in *Lib. de filio No-*
ui Test. Cap. I, dedit, vbi os-
tendit, in initio Eclogae I
VIRGILII, singulas voces
e Graecis petitas esse. Lege-
fis aliam ciusmodi collectio-
nem, e IVLII parentis et
JOSEPHI filii SCALIGE-
RORVM, T VRNEB I,
L A M B I N I, G IFANII,
M V R E T I, aliorumque scri-
ptis conslitpatam, in appen-
dice Orthographiae ALDI
MANVTII, ed. a CASP.
ROTHIO, Lips. MDCVII.
Denique in notatione et con-
structione, quanta sit virtus
que linguae conuenientia,
NICOD. FRISCHLINVS,
in *Graeca grammatica cum*
Latina vere congruente, de-
monstravit

ad Romanos literas ab EVANDRO Arcade, matreue eius
NICOSTRATA, immutatis quibusdam formis, translatas
fuisse (i)

III

LITERARVM apud Romanos tres et viginti sunt: Iste autem literarum numerus non videtur fixus semper apud Romanos fuisse: sed ipsa, eadem procul dubio, quam aliae complures linguae, in primis autem Graeca, fortunam experta est, vt nempe quarundam literarum accessionibus subinde donata sit. In ipsa autem literarum consideratione, potissimum ad figuram, nomen atque poteſtatem attendendum esse, PRISCIANVS auctor est. quibus etiam *ordo*, vt nonnullis videtur, addi poterat: quem tamen, si cum PRISCIANO inter partes potestatis referre velis, nullus equidem repugno. A forma itaque vt ordiar, literae lineis rectis, et oblique etiam diductis, iisue iugalibus aliis, aliis decussatim scriptis, transuersis, cet. constant. Quae rectis ducuntur, vt: A, E, F, H, I, K, L, M, N, T, V, X, Y, Z, iunceae a nonnullis Grammaticis dicuntur: hydrocapae autem, quae curuis fere cauisue lineis continentur, vt: C, O, G, A, S. Aliae e mixto sunt genere, quo B, D, P, R pertinent. Minuscularum literarum olim nullus apud Romanos usus fuit: omnia namque vincialibus exscribabant literis, vt in numis mar-

B 2

mori-

(i) Haec MARII VICTORINI innituntur testimonio. Ait enim L. I. p. 2468: Reporteres literarum CADMVS ex Phoenice in Graeciam, et EVANDER literas ad nos transtulerunt. cf. MAXIMVM
 VICTORINVM p. 1944. Alios CECROPI, LINO alias Graecarum: SATVRNO quosdam ac Pelasgis, latinarum literarum inventionem attribuisse: VOSS. in Arift. Lib. I. cap. 10, perdoct

moribusque luculenter patet. Atque haec scribendi ratio facit omnino ad ornatum literaturae conciliandum, et magis se altera illa commendat. Satius itaque foret, si vel hodie iste mos vbiique obtineret: ni id commodi minusculae habeant literae, vt breviori temporis spatio, his quando vitamur, illinere aliquid chartae possimus. (k) Atque id ipsum etiam est, quod inveniendarum minuscularum literarum occasionem praebuit, quae ad A. R. S. CCCCXXXVIII referenda esse videtur. (l) Iam vero, quum hi scribendi modi, omnino in se diversi sint: facile exinde est ad intelligendum, committendum temere non esse, vt vnciales literae cum minusculis misceantur, ni qua caufa, eaque maximi momenti, suppetat. In periodi itaque fronte, iure vnciali vtere litera: (m) hoc enim

(k) Si haec vera caufa est, vt profecto est; intelligi non potest, qui fiat, vt hodie in typographiis minusculae fere adhibeantur literae: quin tamen impressio minuscularum literarum, eaque capaces sibi depositat clepsydras, quam vncialium: neque enim connecti possunt a typotheticis, vt in inscriptione; nec aliud quidpiam commodi aut compendii, cur vncialibus preeferantur, habent

(l) MABILLONIVS, in Libro de re Diplomatica p. 144. (in supplemento) adducta inscriptione euicit, literas mi-

nusculas, iam in marmorem, VRSO AC POLEMIO Consulibus, fuisse relatas. Habentur etiam quaedam inscriptions in collectione Gruteriana, vbi minusculae literae conspicuntur, licet missae maiusculis, quod forsan incuriae latomorum tribuendum est, vt p. DCLII n. 2. legitur: CVM CALICE Et tAPANtIO-NE, et in pyramide p. CLXXXV n. 3

MONUMENTVM

IVNIANI

O X p I R h I

(m) Non desunt quidem, qui etiam

enim nisi feceris, nihil iam erit, quo incisum minus a punto dignoscere possis: ni iustum forsitan eius positum cognoueris. Porro, etiam in nominibus propriis istud pariter obtinet: quum etiam ad usum ex aliqua parte respiciendum sit. (n) In honorum autem vocabulis, et ab initio orationis, praefat totam vocem vngualibus literis exscribere, quum id aliquanto accommodatus pri scorum videatur scribendi legibus esse. Iam si etiam in eo sequi antiquos homines velis, ut literam I quando bis occurrat in unam literam confles, atque educas; nem o erit, opinor, qui id improbauerit. (o) Contra ea

B 3 autem

etiam hic recedere a veterum consueto more, religiosi sibi ducant. in quibus est, CAR.

HENR. LANGIVS, in institutionibus filii Romani

(n) Probat id quoque ipsum MABILLONIVS ex inscriptione, cuius antea mentio facta a me est: ibi enim MERCVRIVS, VRSVS, POLEMIVS, cet. ab vngualibus exordiantur literis

(o) Ea potissimum scribendi ratione veteres delectatos suisse, neminem, qui inscriptionum collectiones inspexit, praeterire potest: ibi enim vel sexcenties habetur DI MAN. SACRVM. Huc etiam procul dubio respicit

PLAVTVS, quando STA PHYLLAM ita loquentem facit

- - - Ex me unam faciam literam

Longam, meum quando la queo collum adfrinxero

Factum autem saepe fuit, ut illa eductio negligeretur, et nihilominus altera litera excluderetur, quando duo I occurrerent. v. c. ADICERE pro adiicere, SVBICI pro subiici, PROICITO pro proiicito. Frequens eius scriptoris usus est in VIRGILI codice Mediceo vetustissimo: nam ibi *deice, proice, adiciam*, cet. adfunt. cf. F. HENR. NORISIVM, in

autem, abstinendum est a forma literarum recens adiuvanta, quo potissimum U (p) in vncialibus, et J in omni scri-

in *Cenotaphia Pisana, Diff. IV, p. 473,* (edit. Venet. Ann. 1618.) Praeter haec is quoque honos, literae I quantitate longae, habitus est, vt et ipsa non raro educeretur. vt in rostrata D V I L L I, qui caudicariis naibus Carthaginensem dissipavit classem, vide-dere est. Obvia ibi M A R I D. P R I M O S. C A R T A C I N I E N S I S. Ita quoque D I I S V I C I N I A, et alia eius generis apud B O I S S A R D V M in *Topographia Romae, passim* se offerunt. Contra ea autem, I quantitate correptum, aliquando minori reliquis literis forma expressum fuisse, ex hac inscriptione, quae consequitur, autuno

A P O L L I N I
M. V E R A T I V S
M E R C A T O R
quae exstat apud G R V T E R V M p. XXXVIII n. 16. Interdum etiam loco breuis literae I, invenitur II, in M A X I M I N V S, P I E N T I S S I R M I. quod tamen non adeo

studiose obseruatum est, vt non etiam bis terue pro I longa, II positum fuerit. Ceterum, prisci etiam alias literas forme eminentes pro duplicibus adhibuere, vt S pro ss, T pro tt, V pro uu. cet

(p) Prius sane insolita in maiusculis literis figura U, adhibita esse videtur, quam J. vt W O B E R I, M I N V C I V S F E L I X, Ann. 1604 excusus, testatur: ibi enim forma quidem U, sed minime J reperiunda est. cf. C E L L A R I V M in *Orthogr.* p. 12. Videtur autem hoc, intenendae formae $\tau\tilde{g}$ u minusculis in literis, ansam dedisse: vt, in medio vocis, ex ima elementi v parte, linea ad connectandam eam quae consequbatur ducereatur. Itaque is seruatus a multis ordo fuit, vt ab initio vocis forma v, in medio autem atque in fine, u vterentur. vt in vua. Quae etiam ratio, a renatis inde literis, quosdam sequaces reperit; a saeculi autem XVI dimidia parte, plu-

scriptionis genere referendum. vt quorum apud veteres nec vola nec vestigium adest. Adhaec contractae
biuo-

plurimis sese probauit, et vel hodie etiam plerumque aliis antehabetur. Non defunt autem quaedam etiam MSSta, licet non probatissima, vbi ea ab lega recessum fuit, atque vbiuis, nulla habita initii ac medii vocis ratione, *u* legatur. quod et ipsum multi sibi ad imitandam sumfere, praesertim eo tempore, quo recens inuenta typographia esset. Sed quale tandem est hoc, quod multis hodie placet, vt sonum praecipue respiciant, et forma *v* pro consonante; *u* vero pro vocali vtantur litera? scilicet, vt eo minus difficultatis penes iuuenes habeat iusta pronunciatio. Quid ni itaque etiam quasdam ex biocalibus mutant, vt quarum pronunciatione cum scriptione non omnino conuenit? aut quid cauffae est cur Anglicae, Gallicae atque Italicae linguae Orthographiam, aequo ferant animo; quum tamen in his multa legantur alter; aliter scribantur. Eo mi-

nus autem ferendum hoc est, si qui id ipsum in vnicilibus etiam literis moliantur: siquidem, Romani ifud U prorsus ignorauerint, atque e Gothicō charactere subreptum videatur esse. Habetur enim Gothicō in Alphabeto, cuius *V F I L A* auctor est, et quod exhibetur, ab *EZECH. SPANHEMIO* in *Dissert. de Vſu et Praestantia Numismatum*, Tom. I. *Diss. II*, p. 114. In Latinam autem literaturam Ann. 870 videtur irrepisse. Legelis, D A N. E B E R H. B A R I N G I V M in *clavis diplomatica*, tab. alphab. IV. Quarto autem saeculo a multis eam adhibitam formam fuisse, e *VIRGILII* Vaticano et Florentino, vt et *P R V D E N T I I* codicibus, maiusculis literis exaratis, videare est. Refert quafdam eorum particulas *M A B I L L O N I V S* in *L. de re Diplom.* p. 354, et *C H R I S T. F R I D. R V H E*, in numo Badueli ligabilem hanc formam haberi

XVI COMMENTATIO IN LITERATVRAM ROM

biuocales Æ pro AE , et in minuscula α pro ae , vt et α pro oe , non temere sunt vſurpandæ, ni ſpatii nimia anguſtia id exigat. atque id ipsam vniuersitatem literarum compendiis, abbreviaturas vocant, valet: excepto eo, quod in praenominibus et aliis quibusdam vocibus $\tau\alpha\chi\nu\gamma\zeta\phi\iota\alpha\zeta$ ergo, more veterum commode adhiberi poſſint

Tranſeam hinc ad aliam rem. Nempe ſunt nonnulli ex iuuenib⁹ noſtriſ, qui, peracto pridie examine, declamabunt. et quidem eo qui iam conſequitur ordine

IOH. RUDOLPH. ALBERTI, integer vitæ iuuenis, mores, e cognitione veterum apud Romanos rituum, optimæ efformari poſſe, probatum ibit

LVDOVIC. FRIDERIC. GRVELMAN, ARISTOTELEM, a ſuſpicio admitti erroris, animam e materie quadam compositam eſſe, ex interpretatione vocis ἐντελέχειας, (q) vindicabit. et Theotisca quidem lingua

WILHELM. DIDERIC. HOLTZHAVSEN, linguam Latinam, iis omnibus qui imperium in alios exercent, insignem uitilitatem praebere, variis ex historia subiectis argumentis, proponet

Quae orationes, quum A. D. XXVIII Sept. hora X eo ſint confilio habendæ, vt ita a teneris fermentur iuuenes, ne contrahant animum, quando in frequentia hominum dicendum eſt: PATRONOS ac FAVORITES rei ſcholaſticas, vt, pro ſua in noſtriſ iuuenes benevolentia, eorum commodity non deeffe, fed ſplendida eos corona cingere velint, omni cum contentione rogamus. Scrib. Helmſtadii, A. D. XX Sept. Ann. cccclcclvi

beri teſtatur. in Spec. Philol. I. p. 30. Inſcriptio eius numi barbarica haec eſt: (q) Lib. II de Anima. cap. I.

DD A 6427

ULB Halle

002 927 292

3



WDA8

R



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



COMMENTATIONIS
IN
ERATVRAM ROMANAM
SPECIMEN

QV O

AD DECLAMATIONES

XVIII SEPT^o HOR^o X IN SCHOLA SENATORIA

INSTITVENDAS

EI SCHOLASTICAE
MOTORES FAVTORES QVE

QVAM OBSERVANTISSIME INVITAT

ONRADVS NAHMMACHER

SCHOLAE OPPIDANAЕ HELMSTADIENSIS ET
COENOBII MARIEVALL^o SUBPRIOR

HELMSTADII

LITTERIS LEVCKARDIANIS

44

42